

pro dierum temporumque diversitate statutus est et ab Ecclesia absolute praescriptus; non est in privatorum arbitrio eundem immutare; quod si id fiat, qui facit, vel Ecclesiae leges ausu temerario contemnit, aut, ut melius agam, suam crassam supinamque ignorantiam prodit. In utroque casu vel debita plectendus poena vel monendus et erudiendus; ideo sacra Congregatio ad primam dubii partem respondit: *Negative*, ad secundam *vero: contra faciens plectendus poena arbitrio Episcopi pro qualitate defectus*. Mei instituti non est hac de re longius disserere rationesque exponere ac enumerare, ob quas in diebus moestitiae et luctus ac illis praesertim, qui nos ad recolenda praecipua Incarnationis et Redemptionis mysteria disponunt, dalmatica et tunicella in planetas plicatas commutantur: ostendisse sat est relate ad dubium, quod in alterutrius usu attendi omnino debent rubricarum praescriptum et sacrae actionis qualitas, nullatenus vero ministrantium in Officio Diaconi et Subdiaconi diversus subsellii gradus, major minorque honorifica personalis dignitas. Tanto autem cum rigore accipienda ac servanda est rubrica praescribens usum planetarum complicatarum in designatis diebus et functionibus, quin liceat earumdem loco dalmaticam et tunicellam adhibere, ut in minoribus Ecclesiis, ad quas caeremonialis dispositio non extenditur, Diaconus et Subdiaconus haud possint cum dalmatica et tunicella, sed in albis tantum debeant ministrare, ita respondit S. R. C. in Angelopolitana die 13. Junii 1671. Si quis plura velit, consulat Meratum ad Gavantum in adnotationibus ad rubricas Missalis part. 4. tit. 1. n. 4. ad §. 4.

Ad dubium: Quum ex vigente consuetudine in civitate Londinensi a s. ministris in Missis sol. non assuman-

tur in Quadragesima et Adventu casulae breviores et complicatae a rubrica requisitae, nec spes affulgeat, quod talis usus inducetur iis in Ecclesiis, S. R. C. enixae datae sunt preces, ut declarare dignaretur: num hisce temporibus iidem ministri assumere saltem possent dalmaticam et tunicellam vel Sacerdoti celebranti sol. ministrare valeant induti alba et manipulo et Diaconum deferre stolam ordinariam non vero grandiolem, ut ipsae inuunt rubricae?

S. C. resp.: Consuetudinem rubricis contrariam eliminandam et si casulae non adsint, quae plicari valeant in actu Missae sol., haec celebretur potius a solo Sacerdote sine ministris.

Die 11. Sept. 1847 in Londinen.

c) Diaconi et Subd. in Missa pontif.

1) Quando induitur?

Subdiaconus cantaturus Epistolam paulo ante quam Episcopus in chorum veniat, capiet omnia paramenta praeter manipulum et planetam ante plicatam, quae capiet postea. ... Episcopus autem ... accipit paramenta consueta ... et Diaconus et Subd. capiunt manipulos et planetas ante pectus plicatas. *Caer. Ep. l. II. c. XIII. n. 3. 7.; c. XVIII. n. 24.*

Paramenta Missae in *Parasceve* erunt nigri coloris et pro Diacono et Subd. planetae ante plicatae.

Ibid. c. XXV. n. 4.

Incepto primo psalmo Nonae (*in Parasceve*) Episcopus sedet; interim Canonici Evang. et Epistolam cantaturi capiunt sua paramenta praeter manipulum et planetam. — Parato Episcopo Diaconus et Subd. capiunt manipulos et planetas ante plicatas.

Ibid. n. 5. 7. Item in Sabb. s., vd.: c. XXVII. n. 12.

Parato Episcopo Subdiaconus Epistolae sive alius ex Beneficiatis paratus planeta violacea plicata accedit ad altare et capit vas cum cineribus, quod portat ante Episcopum, ubi genuflexus illud retinet usque ad finem distributionis ad dexteram Episcopi.

Ibid. c. XVIII. n. 5.

In bened. Candelarum Diaconi et Subdiaconi utuntur planetis plicatis.

Ibid. l. II. c. XVI. n. 6.

2) Quando deponitur?

Dum Episcopus celebrans cantat ultimam orationem Subd. deposita planeta accipit librum Epistolarum et cantata Epistola osculataque manu Episcopi planetam reasumit.

Caer. Ep. l. II. c. XIII. n. 8.

Diaconus ante primum Allel. post Graduale deponit et ipse suam planetam, quae convolvitur vel alia jam convoluta et complicata super ejus sinistram humerum ponitur et super ejus brachio stricte cordulis colligatur, ne decidat et sic permanet, quousque Episcopus sumpserit s. communionem. Tunc reasumit planetam ante pectus plicatam, deposita alia, quae erat super humerum sinistram.

Caer. Ep. l. II. c. XIII. n. 9; c. XVIII. n. 17.

Finita Passione Diaconus Evang. deposita planeta eaque sive alia duplicata super humerum sinistram posita et sub brachio dextero colligata portat librum ad altare, mox vadit ad osculum manus Episcopi.

Ibid. c. XXI. n. 17.

Interim (dum dicit Episcopus Orationem *in Parasceve*) Subdiaconus deponit planetam ... et cantat Epistolam; qua finita absque osculo manus Episcopi resumit planetam et ibit ad locum suum.

Ibid. c. XXV. n. 15.; c. XXVI. n. 4.

Finita Passione Diaconus Evangelii deposita planeta et accepta altera complicata super humerum sinistram ... cantat Evangelium (*in Parasceve*).

Ibid. n. 19.

d) In Processionibus.

Vd.: *Cruciferarius in process. Dom. Palm. etc.* (decr. n. 4620); *Planeta plicata* (pro Dalmatica etc.; decr. n. 4620).

Post thuriferarium incedunt duo Acolythi cum candelabris et candelis accensis et inter eos medius Subdiaconus paratus planeta plicata super albam sine manipulo portans crucem (*in process. candelarum in Purif. B. V. M.*).

Caer. Ep. l. II. cap. XVI. n. 15; cap. XXI. n. 8.

5) In Processionibus.

Vd.: *Processio* (Clerus par.; Canonici Cathedral. et Colleg.).

Ad dubium: an PP. Praedicator. Vallettae in processionibus *Corp. Chr.* incedere liceat cum planetis?

S. C. resp.: Affirmative in solemniori. n. 3885 ad 3 die 9. Maii 1716.

6) Ad Tumulum.

Vd.: *Tumulus* (Quid in eo etc. decr. n. 4536).

PLATEAE.

(Ornatus in Processionibus.)

Vd.: *Instructio Clem. §. XXI. n. 2—5 etc.; Process. Corp. Chr. (via.)*

PLUVIALE.

1) Ad asperionem aquae.

Paretur in sacristia celebrans more solito cum pluviali albo et accedat medius inter Diaconum et Subd. paratos omnibus paramentis ipsis convenientibus.

Caer. Ep. l. II. c. XXX. n. 1.

18) Pro Sacerdote defuncto.

Vd.: *Sacerd. def.*

POENITENTIAE SACRAMENTUM.

1) Graecorum.

Vd.: *Unctio extr. Graecorum; Ritus graecus* (Constit. Bened. XIV.: *Et si pastoralis.*).

2) Modus vetitus.

SS. D. N. Clem. PP. VIII. Patrum Theologorum et re cum illustrissimis et revdss. DD. Card. contra haereticam pravitatem gener. Inquisitoribus mature ac diligenter considerata hanc propositionem: „*licere per literas seu internuntium confessario absenti peccata sacram. confiteri et ab eodem absente absolutionem obtinere*“ ad minus uli *falsam, temerariam et scandalosam damnavit* ac probuit praecepitque, ne deinceps ista propositio publicis privatisve lectionibus, concionibus et congressibus doceatur; quod si quis docuerit ... praeter excommunicationem latae sententiae, quam ipso facto incurrat et a qua non possit praeterquam in articulo mortis ab alio quacunque etiam dignitate fulgente, etiam S. R. E. majori Poenitentiario, nisi a rom. Pontifice absolvi.

Datum Romae die 20. Julii 1620.

Vd.: *Indult.* (Revocatio.)

De prohibitione a poenitentibus exquirendi sociorum in crimine seu complicitum nomina, vd.: *Constit. Bened. XIV.* die 7. Julii 1745 (Bull. r. t. XVI. p. 304); *de die 2. Jun. 1746* (*ibid.* t. XVII. p. 29); *de die 28. Sept. 1746* (*ibid.* p. 87). *De loco vetito*, vd.: *Orator. priv.* (missa in var. fest., Constit. Bened. XIV. §. 20.)

3) A Parocho administr.

Vd.: *Paroch.* (administr. SS.)

4) Poena in Confessiones Excipientem, qui non est Sacerdos.

Vd.: *Sacerdos simulator.*

5) Regularium in oratoriis.

Vd.: *Regular.* (Privileg.); *Orator. priv.* (missa in var. fest. Constit. Bened. XIV. §. 20.)

6) Stola.

Vd.: *Stola* (in poenit. etc.).

POENITENTIARIA APOST.

Vd.: *Breve PP. Pii IV. diei 4. Maii 1562* in Bull. mag. rom. tom. II. p. 75 (ed. Luxemb.); *Const. Pii V. diei 18. Maii 1569* (*ib.* p. 300-301); *Const. Innoc. XII. die 3. Sept. 1692* (*ibid.* t. VII. p. 184; t. XII. p. 186). *Quae facultates Poenit. revocatae sint*, vd.: *Indultum* (revoc.); *Constit. Bened. XIV. die 13. Apr. 1744* (Bull. r. t. XVI. p. 184; 190).

POLLUTIO.

Vd.: *Ecclesia polluta; Altare* (execratio).

Quando Sacerdos cum aqua benedicta et non benedicta Ecclesias reconcial. possit, vd.: *Olea s.* (Consecr. et temp., decr. Pii VI. t. II. p. 425.)

SS. PONTIFEX M.

1) Anniversarium.

Vd.: *Annivers. SS. Pontif.*

2) Electio.

Vd.: *Sedes apostol.*; *Breve Gregorii XV. die 15. Nov. 1621* (Bull. rom. t. III. p. 444); *Caeremon. in electione SS. Pont.*, vd.: *Constitutio Greg. XV. die 12. Mart. 1621* (*ibid.* p. 454); *Constit. Urbani VIII. die 28. Jan. 1625* (*ibid.* t. IV. p. 95).

3) Habitus.

(Ex Caerem. Ecclesiae Romanae l. II. p. 377.)

Summus Pontifex, cum in publicum venit solemniter, aut habet pluviale,

aut cappam in modum Cardinalis, apertam tamen a pectore, et mitram aut Mantum Papale cum capucio supra caput. Utitur et mitra simplici in Officio Defunctorum et in die Veneris Sancti. In Matutinis autem quocumque tempore nunquam utitur mitra, sed aut cappa lanea aut Manto Papali cum capucio supra caput. In Matutinis tamen nocte Nativitatis Domini nostri Jesu Christi et in computatione, quae solet fieri post Vesperas antecedentes, uti solet Pontifex cappa purpurea pellibus armillis duplicata, quam, ut legi, primus invenit Bonifacius Nonus. Duobus tamen utitur coloribus, albo et rubro, utroque in pluviali. In ornamentis autem missalibus utitur colore temporis congruente et cum mitra simplici, stola violacea, in aliis vero vestibus non sacris supra rocchetto rubro tantum, nisi a Sabbato Sancto usque ad Sabbatum in albis inclusive; et infra rocchetto utitur semper toga alba et caligis rubris cum sandaliis aurea Cruce ornatis.

PONTIFICALE.

1) Approbatio.

Vd.: *Missale* (approb.); *Libri Eccles.* (approb.)

De approbatione Pontif. rom., vd.: *Const. Clem. VIII. die 10. Febr. 1596* (Bull. r. t. III. p. 58).

2) Romanum (Usus).

Non decet aliud habere pontificale ab impresso, quo nunc utitur Ecclesia Romana, nec licet se tueri contra dictum pontificale quibusdam privatis consuetudinibus ac statutis. n. 15 ad 11 die 16. Mart. 1591.

In dubio standum est libro pontificali, qui authenticus est et allegari potest et debet ad decisionem causarum; consuetudines autem contra ipsum omnino tollendae. n. 15 ad 16 et 17 ut supra; n. 28 die 1. Sept. 1592.

Decreta authentica, Tom. II.

Potest Episcopus etiam per censuras ... compellere ... ad observantiam rubricarum missalis, nisi specialiter fuerit in aliquibus indultum. n. 15 ad 19 ut supra.

Vd.: *Ritus.*

PONTIFICALIA.

1) Abbatis.

Vd.: *Abbas; Usus Pontif.* (praecipue decr. n. 4585; 4593; 1856.)

2) Archiepiscopi in locis Suffraganeorum.

Pontificalia exercere in Ecclesiis Suffraganeorum absque licentia Episcopi ordinarii prohibitum est Archiepiscopo per Concil. Trident. sess. 6. de reformat. c. 5. S. C. Episcop. et Rugul. die 18. Apr. 1599 apud Aldan. l. 2. tit. 8. n. 17.

3) Canon. et Dignitar.

Vd.: *Usus Pontifical.*

4) Episcopi ut Ordinarii.

Vd.: *Canonici Cath. assist.; Assistent.; Diacon. et Subd. Epis.; Episcopus.*

a) Dies, Jus, Licentia.

Quia per annum plura festa occurrunt, in quibus decet vel Episcopum solemniter celebrare vel saltem Vesperis et Missae solemniter per alium celebratae interesse, de his breviter aliquid dicendum est. *Celebrare* igitur poterit Episcopus, nisi legitime fuerit impeditus, in die Nativitatis D. N. Jesu Christi, in festo Epiphaniae Domini, feria quinta in Coena Domini, in Dominica Resurrectionis, in die Ascensionis, in Dominica Pentecostes, in festivitibus Annunciationis et Assumptionis Beatae Mariae Virginis, in festo Beatorum Apostolorum Petri et Pauli,

in festo omnium Sanctorum, in festo Sancti Titularis Ecclesiae et Patroni, in die anniversario Dedicationis Cathedralis Ecclesiae vel etiam arbitrio suo in aliis festiuitatibus per annum, quandocumque ei placuerit, cum Caeremoniis et solemnitatibus, ac etiam cum Vesperis solemn. in vigilia seu die, quae festum praecedat, excepto Sabbato Sancto, quo die esperae non dicuntur, nisi mane in fine Missae, et vigilia Annunciationis Beatae Mariae, si venerit in Quadragesima die feriato; *quo casu Vesperae non celebrantur in vigilia, sed tantum in die finita Missa*: et tunc, ne ista Solemnitas sine Vesperis solemnibus transeat, poterit Episcopus, depositis Missae indumentis, accipere pluviale et celebrare Vesperas, Canonicis paratis remanentibus. *Sed si hoc festum venerit Feria secunda in Quadragesima, poterunt Vesperae solennes in Dominica praecedenti celebrari.* In aliis autem festiuitatibus, videlicet: in nocte Nativitatis Domini, s. Stephani, s. Jo. Evang., circumcissionis Domini, feria secunda et tertia Paschae, Dominica in albis, Dominica ss. Trinitatis, in festo s. Joannis Bapt., in festo Nativitatis B. M. V., in aliquibus principalibus festiuitatibus Ecclesiae Cathedralis et pro aliqua re gravi ad universalem vel propriam Ecclesiam spectante, vel alias quandocumque Episcopo placuerit, poterit paratus cum pluviali et mitra assistere Missae per aliquem Praelatum, Dignitatem seu Canonicum celebrandae.

Caer. Ep. l. II. c. XXXIV. n. 4.

b) In sua Dioecesi.

Pontificalia exercens Episcopus in Ecclesiis regularium baldachinum erigere potest. S. Cong. Episc. et Reg. die 10. Jun. 1603.

Pontificalia exercens Episcopus extra Cathedralis non Presbyteros simpli-

ces sed Canonicos Cathedrales inser-vientes adhibere debet. S. C. R. die 2. Augustii 1631 penes Alden. lib. 2. tit. 8. n. 16.

c) In locis exemptis suae Dioecesis.

Pontificalia exercere et pontificaliter celebrare de Jure potest Episcopus in locis exemptis suae dioecesis. S. C. R. in Ferrarien. 20. Jun. 1600.

d) In aliena dioecesi.

Pontificalia exercens Episcopus in aliena dioecesi de ordinarii loci expressa licentia potest ordines conferre etiam suis propriis dioecesis, non obstante Conc. c. 5. sess. 6. de reform. Sac. Congr. Concil., de qua Sell. c. 21. n. 5.

Pontificalia exercere non potest alienus Episcopus de licentia Patriarchae in dioecesi alicujus Episcopi Suffraganei sine ipsius licentia. Sac. Cong. Concil. apud Barbosam in summa ap. dict. verb.: Pontificalia n. 8.

e) In locis exempt. alienae Dioecesis.

Pontificalia exercere in loco exemplo et Jurisdictionis non Episcopi sed inferioris non potest Episcopus vocatus etiam ab ipso inferiore sine licentia Episcopi, intra cujus dioecesis fines esset locus ille, etiamsi ille inferior praetenderet ratione exemptionis vocare Episcopum, quem maluerit, ad administrandum Sacramentum Confirmationis; dummodo locus ipsius exempti sit intra fines dioecesis alicujus, ita ut non sit nullius, quia tunc posset. Sac. Cong. Conc. Cujus meminit Armend. in add. ad recop. Leg. Navarrae, l. 1. lit. 18. l. 7. de Episc. n. 68., apud Barbosum in summ. Apost. dec. verb.: Pontificalia n. 7.

f) In qua Ecclesia peragere debeat Episcopus Dioecesis unitarum?

Ad dubium: An ab Episcopo peragenda sint in civitate Tuscanen. Pontificalia, Ordinat. et Consecrationes ss. Oleorum saltem alternative?

S. C. C. resp.: Arbitrio et prudentiae Episcopi et ad mentem, et mens est, quod scribatur Episcopo, decere interdum aliquas functiones pontif. peragere in Cath. Tuscanensi.

Die 11. Jan. 1783 ad 3. *Viterbien. et Tuscan.*

5) Episcopi Ordinis Militaris.

Episcopus et Praepositus Militiae s. Georgii M. in Bavaria Pontificalia exercere solummodo possunt in Ecclesia in Aedibus Ducalibus et Electoralibus sita et Militum Equitum dicti Ordinis Conventui assignata et exempta atque immuni ab omni Ordinarii Episcopi loci Jurisdictione. In quibuscumque autem aliis Ecclesiis nullo pacto nisi de Ordinarii locorum permissu, toties quoties occasio postulerit, sub poenis juxta canonicas sanctiones inflicti exercere valent. Bened. XIV. tom. 1. Const. 32. incip.: Militares §. 6.

6) Episcopi ut Suffraganei.

Pontificalia exercere non potest Suffraganeus datus Episcopo post illius mortem Sede vacante, Capitulo contradicente. Sac. Cong. Conc. in Vilnen. 22. Febr. 1631 referente Sellio in Selectis Canon. c. 22. n. 3.

PORTA S. APERIENDA.

Vd.: *Decreta S. R. C. ed. Gardellini* n. 1614 die 4. Decb. 1649; n. 3541 die 3. Octbr. 1699; n. 3542 die 21. Novb. 1699. *De Portis s. 4 Basilicarum aperiendis pro Jubilaeo 1750 habito*, vd.: *Constit. Bened. XIV.* de anno 1749 (Bull. r. t. XVIII. p. 147). *De claudendis dictis portis* vd.: *ibid.* p. 152.

PORTATILE.

1) Consecratio plurium Portatilium.

Vd.: *Consecratio altarium plurium* (modus; decr. n. 4565).

2) Execratio.

Vd.: *Consecratio altaris execrati* (decr. n. 4562 nota.).

3) Missa super eo post consecrationem peractam.

Vd.: *Consecratio alt. plur.* (modus; decr. n. 4565 ad 6.).

4) Ponendum in altari execrato.

Vd.: *Consecratio altaris execrati* (decr. n. 4636.).

5) Profanatum.

Portatile profanatum potuisse Canonicos illud vendere et emptorem posse illud in loco tamen decenti et honesto tenere tuta conscientia. n. 311 die 9. Maii 1606.

6) Protonotarium.

Vd.: *Protonot. apost.* (privileg., decr. Pii IX.).

7) Usus.

Vd.: *Altare portat.* (Usus); *Missa* (in altari etc., decr. Bened. XIV.).

Gregorius PP. XIII.

Usus altaris viatici *Societati Jesu* a fel. record. Paulo III. concessum, deinde a Concilio Trident. universe sublatum, *eidem* eatenus restitutum, ut inter missiones presbyteri *Societatis*, servata alias forma dictae concessionis, Missae sacrificium licite valeant celebrare super hujusmodi altari ubique gentium etiam in castris militum, modo loca, et si communia et profana, tuta et honesta sint et Generalis aut per eum Provinciales eo tum utendum fore judicaverint. Itidemque pos-

Celebraturus in dominicis paratus amictu, alba, cingulo, stola et pluviali medius inter Diaconum et Subd. paratos accedet ad altare.

Ibid. c. XXXI. n. 3.

Diaconus et Subd. elevat fimbrias pluvialis celebrantis aspergentis.

Ibid. n. 4.

2) In Bened. cum reliquia s. Crucis.

Vd.: *Velum* (in bened. etc.).

3) In Bened. cum SSmo.

Vd.: *Pluviale* (in process. SSmi decr. n. 5228).

4) Canonico. et Vicar. general.

Vd.: *Pluviale in processionib.*; *Processio* (Canonici parati).

In processionibus sine SS. Sacramento Dignitates Collegiarum incedere debere cum suis Capitulis sine pluvialibus. n. 719 die 29. Jan. 1628.

Vicario gen. numquam competere... usum pluvialis, nisi sit de gremio Capituli et in eo casu debere incedere in loco suae receptionis et contrariam consuetudinem esse abusum. n. 1943 die 7. Decb. 1658.

Neminem debere interesse cum pluviali processionibus Rogationum praesente Episcopo pluviali induto et preces decantaturo. n. 2165 die 1. Apr. 1662.

Ad dubium: an Canonici Cathedr. Gerunden. possint in processionibus deferre pluvialia vel potius teneantur uti planetis et tunicellis juxta distinctionem Ordinis vel habitibus chori respective?

S. C. resp.: In casu, de quo agitur, attenta immemorabili, affirmat. n. 3532 ad 1 die 3. Oct. 1699.

Cum S. R. C. sub 3. Oct. 1699 censuit respondendum ad mentem: et mens fuit, quod pluvialia gerenda a Canonico et reliquo clero in proces-

sionibus debeant ejusdem coloris convenientis propriis festivitibus esse.

Die 11. Junii 1701.

Ad dubium: an in processionibus Rogationum, in quibus intersunt Capitulum Cathedr. necnon Archipresbyteri et Clerici Ecclesiarum paroch., usus pluvialis aliorumque s. indumentorum et praecedentia pertineant ad Cap. Cathedr. seu potius ad Archipresbyteros?

S. C. resp.: Affirmative ad partem primam; ad secundam negative. n. 4262 ad 1 die (13. Mart.) 18. Dec. 1756.

5) In Choro.

Cf.: *Stola in choro*; *Vesperae paroch.*; *Stola in vesp.*; *Lectio nona* (Canonici etc.).

In Matutinis solemnioribus debetur usus pluvialium. n. 2791 ad 1 die 13. Junii 1676.

In Ecclesiis Cathedr. Indiarum, ubi praebendae non distinguuntur in Diaconales et Subd. neque adest notabilis numerus Canonico. Capellani de choro pluvialibus indui debent in omnibus Missis solemnibus. n. 3551 ad 20 die 13. Mart. 1700.

Inter Regulares tam Celebrans quam Assistentes in celebrandis Matutinis sol. non possunt uti pluviali a principio Officii. n. 4395 ad 15 die 18. Decb. 1779.

6) Cleri inferioris.

Cf.: *Paramenta pontif. Cathedr.*; *Pluviale in process.* (decr. n. 4886); *Processio* (Clerus infer. paratus.).

Ad dubium: an Beneficiati Cathedralis Gerundae incedere debeant in processionibus induti pluvialibus, sicut Dignitates et Canonici?

S. C. resp.: Affirmative attenta immemorabili a partibus non controversa. n. 3640 ad 1 die 20. Jan. 1703.

7) Color.

Cf.: *Baldachinum* (habitus etc. decr. n. 4055).

Pluvialia gerenda a Canonico et reliquo clero in processionibus debent esse ejusdem coloris convenientis propriis festivitibus. n. 2583 die 11. Junii 1701.

8) In Exposit. et Repos. SSmi.

Vd.: *Expos. SSmi* (Exponens); *Pyxis* (expos.); *Repositio SSmi* (Modus); *Pluviale* (in Process. SSmi decr. n. 3575).

Ad dubium: Utrum in Ecclesiis pauperioribus expositio et bened. cum SSmo in Ostensorio cum solo superpelliceo et stola absque velo et pluviali, an vero absque pluviali quidem, dummodo cum velo celebrari valeat?

S. R. C. resp.: Negative.

Die 7. Maii 1857 ad dub. XI. 4. *Limburg.*

Ad dubium: An Expos. et Benedictio cum Ciborio juxta ritum variarum in Germaniae dioecesium cum solo superpelliceo et stola absque velo nedum pluviali celebrari possit?

S. R. C. resp.: Negative.

Die 7. Maii 1857 ad dub. XI. 5. *Limburg.*

9) Fimbriae elevandae.

Ad Diaconos assistentes pertinet onus elevandi fimbrias pluvialis hinc inde, quando Episcopus progreditur et dum thurificat altare. n. 351 ad 7 die 19. Maii 1607.

Ad dubium: Utrum inter process., maxime si Diaconi Evang. cantaturi intersint, certe non deficientibus clericis, laici fimbrias pluvialis Officiatoris tenere possint, sicuti hisce in regionibus usus est?

S. R. C. resp.: Negative.

Die 7. Maii 1857 ad dub. XI. 3. *Limburg.*

Elevantur hinc inde fimbriae pluvialis Episcopi per Diaconos assist., dum incipit palmas distribuere.

Caer. Ep. l. II. c. XXI. n. 6.

Vd.: *Processio SSmi Regularium* (modus, decr. n. 4130); *Instr. Clem.* §. XIX. n. 11., 13—17 (elevandae infra incens. SSmi); *infra imposit. incensi*, vd.: *Instruct. Clem.* §. XXX. n. 21.; *Diaconi assist. Episcopi* (porrig. SSmum, decr. n. 4610 nota; in *Cathedr.*, decr. n. 351); *Infra bened.* vd.: *Instruct. Clem.* §. XXXI. n. 12.

Quoties Episcopus apud sedem suam elevat manum dexteram signando se aut alios signo crucis, velut cum benedicit thus, cum benedicit presb. assistentem, qui eum thurificat vel alias quoties personas aut res aliquas benedicit, sive pectus percutiendo aut alia de causa, — toties Diacon. assist. a dexteris parum elevat pluviale a latere suo, ac etiam cum thurificat altare. — Cum autem elevat ambas manus et quando est lecturus aliquid ex libro seu daturus benedictionem sol., Diaconi assist. hinc inde elevat fimbrias pluvialis.

Caer. Ep. l. I. c. VIII. n. 3.

Episcopus cum SSmo surgit et statim Cantores incipiant: *Pange lingua etc.*; Ministri assist. hinc inde elevat fimbrias anteriores pluvialis.

Ibid. l. II. c. XXIII. n. 12.

Diaconus et Subd. elevat fimbrias pluvialis Celebrantis aspergentis (in dominicis).

Caer. Ep. l. II. c. XXXI. n. 4.

Elevatis hinc inde fimbriis pluvialis Episcopi per Diaconos assist. Episcopus distribuit candelas.

Ibid. c. XVI. n. 9.

Sequetur Episcopus portans SSmum medius inter duos Diaconos assist. paratos hinc inde pluvialis fimbrias elevantes.

Ibid. l. II. c. XXXIII. n. 8., 20.

10) In Funeribus.

Vd.: *Sepult.* (a Parocho faciend., decr. de die 3. Sept. 1746; A rectore Eccles. fac. decr. *Mexicana*); *Stola in funerib.* (decr. n. 4270, 5288).

11) Habitus non est alicujus Ordinis.

Cf.: *Vesp. paroch.*; *Laici.*

Delatio pluvialis non est habitus alicujus Ordinis et eo utuntur etiam Clerici famulantes, ut est notum. n. 1614 die 4. Dec. 1649.

Non licere assumi pluviale ab his, qui non sint Sacerdotes, nisi quatenus adessent duo Sacerdotes (in Matutinis et Vesp.). n. 1696 ad 6 n. 7. Mart. 1654.

Usus pluvialis in processionibus sol. non est testimonium et signum jurisdictionis in utente Sacerdote. n. 3511 ad 2 die 21. Mart. 1699.

12) Ad Martyrologium.

Pluviale pro canendo Martyrologio in vigilia Nativ. Dom. debet esse coloris violacei. n. 4527 ad 8 die 22. (25.) Mart. 1817.

Vd.: *Martyrolog.* (cantatio.)

13) In Matut., Vesp. etc.

Vd.: *Pluv.* (in choro.)

14) In Officio Def.

Vd.: *Stola* (In Off. Def. decr. n. 5208; 5221).

Canonicus hebdomadarius paratus pluviali nigro supra rocchettum vel cottam aut saltem stola nigra facit et dicit omnia praedicta (in Commem. om. fid. def.).

Caer. Ep. l. II. c. X. n. 10.

15) In portando ss. Viatico.

Vd.: *Stola* (administr. Sacram.; decr. n. 4623 nota.).

16) In Processione.

Vd.: *Reliquia* (habit. Defer.); *Abbas* (Processio); *Imago B. V. M.* (expos. decr. n. 4153;

decr. n. 3472); *Paramenta* (depos.); *Pluviale* (Canonici etc.); *Instruct. Clem.* §. XV. n. 2. etc.; *Processio* (Canonici etc.); *Processio* (param.); *Baldach.* (hastas deferentes.); *Pluv.* (Cleri.)

Religiosi Ordinis Minorum Observ. s. Francisci Provinciae Regni Neapolis in processionibus cum statua aut reliquia alicujus Sancti possunt uti pluviali. n. 3511 ad 1 die 21. Mart. 1699.

Taurinen.

Ordinis Minorum s. Francisci Conventualium. Quum superiori anno 1839 Alumni Ordinis Conventualium s. Francisci in Oppido vulgo Bettone dioecesis Assisien. in supplicatione fieri solita die ipso Paschae Resurrectionis contra invectam consuetudinem usi fuerint pluviali, freti Decreto S. R. C. diei 21. Mart. 1699 ac proinde Capitulum Colleg. illius Ecclesiae renuerit accedere ad Supplicationem, si quidem per pluvialis usum innovatio inducebatur in hac ipsa Supplicatione non minus, quam in altera fieri solita in die solemnitate s. Josephi, apud Rmum D. Episc. Assisien. controversia delata est, ac ejusdem sententia requisita tum super jure instituendi supradictas Supplicationes, an scilicet competant parocho an Ordini ipsi Conventualium; tum super usu pluvialis in iisdem Supplicationibus nunc primum adhibiti. Rmum ille Antistes edicens jus quoad ipsas Supplicationes competere Alumnis Ordinis Conventualium decrevit, ut super usu pluvialis contra invectam consuetudinem sententia requireretur S. R. C. Factis specie et circumstantiarum serie per R. P. D. Secretarium expositis in Ordinariis S. R. C. Comitii ad Vaticanas Aedes subscripta die coadunatis, Emi et Rmi P. S. tuendis Ritibus praepositi, rescribendum censuerunt: „Servato Episcopi Decreto stetur consuetudini incedendi sine pluviali et ministris.“

N. 4886 die 11. Apr. 1840.

Regulares possunt in suis processionibus uti pluviali, nec talis usus est signum seu testimonium Jurisdictionis in utente Sacerdote, ut patet ex resolutione et responsione S. C. R. ad sequentia dubia:

„Supplicante humiliter P. Procuratore Generali Ordinis Minorum Observantium S. Francisci a S. R. C. declarari infrascripta dubia“:

Primum: An Guardiani Ordinis Minorum Observ. S. Francisci Provinciae Regni Neapolis, obtenta ab Ordinariis locorum oretenus vel in scriptis licentia faciendi solemnes processiones per Civitates vel Oppida extra limites Conventuum suae Religionis cum Statua aut Reliquia alicujus Sancti, possint Religiosi sui Ordinis uti pluviali, licet in licentia obtenta non fuerit expressus usus pluvialis?

Secundum: An usus pluvialis in processionibus solemnibus sit testimonium et signum Jurisdictionis in utente Sacerdote“?

Sacra eadem R. C. censuit respondendum

Ad primum: Affirmative.

Ad secundum: Negative; et ita declaravit die 21. Martii 1699.

17) In Process. SSmi.

Ad dubium: an Canonicus deferens SSimum in processione cum magno concursu populi qualibet tertia dominica cujuslibet mensis debeat incedere indutus pluviali et an sufficiat simplex stola supra cappam?

S. C. resp.: Affirmative ad primam partem, negative ad secundam. n. 4419 ad 1 die 18. Dec. 1784.

Vd.: *Instruct. Clem.* §. XXI. n. 7.; §. XV. n. 2.

Ad dubium: an liceat non habentibus usum pluvialis in die et infra octavam Corp. Chr. peragere proces-

sionem cum SSmo et illud sine pluviali exponere?

S. C. resp.: Negative quoad primam partem et quoad 2. non posse cogi, id est in expositione SSmi. n. 3575 ad 5 die 22. Jan. 1701.; n. 4260 die 13. Maii 1756.

Ad dubium 1.: Utrum Episcopus tolerare possit, quod in processione SSmi Sacramenti, quae cum magno fieri solet populi concursu Dom. III. cujuslibet mensis, Canonicus deferens Sacramentum haudquaquam pluviali indutus accedat, sed simpliciter stola super cappam, quamvis ad hoc interrogata S. R. C. id fieri non posse rescripserit die 18. Dec. 1784?

2.: Utrum Episcopus tolerare possit, quod Benedictionem cum SSmo Sacramento impertiantur Canonici cum simplici stola super cappam?

Emi et Rmi P. ... respondendum duxerunt

Ad 1.: „Negative et observetur *Decretum diei 18. Dec. 1784* in una *Salutarium.*“

Ad 2.: „Negative.“

Atque ita S. R. C. rescribere rata est propositaque dubia declarare.

N. 5228 ad 3. et 4.

Die 29. Nov. 1856.

Ad dubium: An usus pluvialis in process. SSmi ex decr. diei 18. Dec. 1784 et 22. Jan. 1701 (*ut supra*) tanto cum rigore requiratur, ut absque eo processionem initiare non liceat, et si affirmetur, quid consilii pro Ecclesiis pauperibus pluviali carentibus capiendum sit?

S. R. C. resp.: Affirmative ac proinde curandum esse pluviale.

Die 7. Maii 1857 ad dub. XI. 1. *Limburg.*

In festo SS. Corp. Chr. non est facienda processio sine pluviali.

S. R. C. die 21. Jan. 1701.